

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tvllii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1735

VD18 12833770

Oratio IX. In L. Catilinam In Senatv.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18041

*genter fortiterque decernat; suum & in Consulatu & in
omni vicia praesidium auxiliumque pollicetur.*

*Oratio est suasoria, & ad deliberativum genus referenda,
coniuratis enim deprehensis de poena; duabus dictis senten-
tiis, de electione poenae deliberat.*

Dicta est Non. Decembr. in templo Iouis Statoris.

*Stylus omnium quatuor Orationum est altus, gravis, & qui
tantam rem tantumque Consulem decet.*

*Eventus fuit, ut de coniuratis captivis supplicium su-
meretur in carcere, dum ipsis gulae frangebantur laqueo.*

ORATIO IX.
IN L. CATILINAM
IN SENATU,

CAPVT I.

Video, P. C. in me omnium vestrum 1 ora
2, atque oculos esse conuersos: video
vos non solum de vestro ac reipubli-
cae, verum etiam, si id 3 depulsum sit, de
meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucun-
da in malis, & grata in dolore vestra erga me
voluntas 4: sed etiam 5, per deos immortales,
quaeso 6, deponite, atque obliti 7 salutis meae,
de vobis ac de liberis vestris cogitate 8. Mihi qui-
dem si haec conditio consulatus data est, ut
omnes

1 Vestrorum, vestra. 2 vultus. 3 periculum reipubli-
cae. 4 benevolentia. 5 vestram de me sollicitudinem. 6
rogo atque obsecro vos. 7 dum obliuiscimini. 8 habete
curam, estote solliciti,

omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis Populoque Romano dignitas, salusque pariat 9. Ego sum ille consul, P. C. cui 10 non forum 11, in quo omnis aequitas continetur: Campus 12, consularibus auspiciis consecratus 13: non curia, summum auxilium omnium gentium 14: non domus, commune per fugium; non lectus ad quietem datus 15: non denique haec sedes curulis 16, vnquam vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo 17 quodam dolore in vestro timore sanavi 18. Nunc si hunc exitum consularis mei dii immortales esse voluerunt, vt 19 vos P. C. Populumque Romanum ex caede misera, coniuges liberosque vestros virginesque Vestales ex acerbissima vexatione, templa atque delubra 20, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrorum ex foedissima flamma, totam Italiam ex bello

9 constituitur, conseruetur. 10 qui varia pericula sustinui in foro, in campo, in curia, in domo, in lecto, in sella curuli. 11 vbi iudicia exercebantur. 12 Martius. 13 qui campus destinatus est ad creandos Consules, post facta auspicia & sacrificia. 14 in qua curia summum auxilium omnes gentes accipiunt. 15 in quo quiete frui debemus. 16 in qua sedere solebant Aediles, Praetores atque Consules. 17 non sine meo. 18 emendaui, in vitam rectam reduxi. 19 vt eriperem vos &c. 20 templa, in quibus erant imagines deorum.

bello & vastitate eriperem 21, quaecunque mihi vni proponetur fortuna, subeatur 22. Etenim si P. Lentulus suum nomen, inductus 23, a vatibus, fatale 24 ad perniciem reipublicae fore putauit, cur ego non laeter, meum consulatum ad salutem reipublicae prope fatalem exitisse 25?

21 liberarem. 22 ego paratus sum omnem fortunam & casum, & quaecunque mihi possunt accidere, sufferre. 23 seductus, vide orat. 3. in Catil. cap. 4. 24 fato diuino constitutum. 25 fuisse.

CAPVT II.

QVare, P. C. consulite vobis, prospicite patriae; conseruate vos, coniuges, liberos, fortunasque i vestras; populi Romani nomen salutemque defendite, mihi parcere, ac de me 2 cogitare desinite. Nam primum debeo sperare omnes deos, qui huic vrbi praesident 3, pro eo mihi, ac mereor 4, relatueros gratiam esse 5: deinde, si quid 6 obrigerit, aequo 7 animo paratoque moriar. Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari 8, nec misera sapienti 9. Nec tamen ego sum ille 10 ferreus, qui fratris 11 carissimi atque amantissimi

mi

1 Domus, possessiones, bona. 2 de mea salute. 3 qui hanc urbem tuentur. 4 pro meritis meis. 5 eos esse mihi gratiam relatueros. 6 si contigerit me ab hostibus interfici. 7 hilari. 8 viro, qui iam consul fuit, atque adeo ad senectutem iam peruenit. 9 nec viro sapienti mors misera videri potest. 10 vsque adeo. 11 mei, Quinti Ciceronis, qui Consulem fratrem instigabat ad sumendum supplicium de coniuratis.

12 ti.

mi praesentis moerore 12 non mouear, horumque
 13 omnium lacrymis, a quibus me circumfessum
 videtis 14: neque 15 meam mentem non domum
 saepe reuocat exanimata vxor 16, abiecta metu 17
 filia 18, & paruulus filius 19, quem mihi videtur
 amplecti 20 respublica tanquam obsidem 21 con-
 sulatus mei: neque 22 ille, qui expectans huius
 exitum diei adstat in conspectu meo gener 23.
 Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem
 24, vt 25 salui sint vobiscum omnes, etiam si vis
 aliqua me oppresserit, potius quam 26 & illi, &
 nos vna cum republica pereamus. Quare P. C.
 incumbite 27 ad reipublicae salutem: circumspi-
 cite omnes procellas 28, quae impendent, nisi
 prouidetis 29, non 30 T. Gracchus, qui iterum
 31 tribunus plebis fieri voluit: non C. Gracchus,
 qui agrarios 32 concitare conatus est: non L.
 Saturnius, qui C. Memmium occidit 33, in discrimen
 34 aliquod, atque in vestrae seueritatis iudi-
 dici-

12 timore. 13 Senatorum, amicorum Ciceronis. 14 qui
 circum me iam sedent. 15 neque non, & omnino. 16 vxor
 mea Terentia reuocat me domum, iubet, vt in tantis peri-
 culis sollicitus sim de mea familia. 17 quae in maximo
 timore est. 18 mea Tullia. 19 Marcus Cicero. 20 amare,
 recipere. 21 pignus. 22 neque non me moues. 23 Piso.
 24 sed ita tamen, hoc tamen respectu. 25 vt potius omnes
 salui sint vobiscum. 26 potius, quam vt & illi & nos per-
 eamus simul cum rep. 27 cogitate de reip. salute. 28 tem-
 pestates, pericula. 29 prouidebitis, solliciti eritis. 30 non
 adducitur iam. 31 altera vice. 32 eos, qui fauebant legi
 Agrariae, quae lata erat de agris distribuendis. 33 inter-
 fecit. 34 iudicium, forum.

35 in

dicium adducitur: sed tenentur 35 ii, qui ad vr-
bis incendium ac vestram omnium caedem, ad
Catilinam accipiendum 36, Romae restiterunt
37: tenentur 38 literae, signa, manus, denique
vniuscuiusque confessio: sollicitantur 39 Allobro-
ges: seruitia 40 excitantur: Catilina accersitur:
id est initum consilium 41, vt interfectis omni-
bus 42, nemo 43 ne ad deplorandum quidem rei-
publicae nomen, atque ad lamentandam 44 tanti
imperii calamitatem relinquatur.

35 in captiuitate. 36 recipiendum. 37 remanserunt. 38
in manibus nostris sunt. 39 persuadentur, instigantur ad
tumultum & bellum. 40 serui. 41 hoc eorum consilium
est. 42 postquam interfecti sint omnes. 43 relinquatur. 44
lachrymis dolendam.

CAPVT III.

HAec omnia indices 1 detulerunt 2, rei 3 con-
fessi sunt, vos multis iam iudiciis indicauis-
tis: primum, quod mihi gratias egistis singula-
ribus verbis, & mea 4 virtute atque diligentia
perditorum hominum patefactam esse coniura-
tionem decreuistis: deinde, quod P. Lentulum,
vt se abdicaret praetura 5 coegistis: tum 6, quod
eum, & ceteros, de quibus indicauistis, in cu-
stodiam dandos censuistis: maximeque, quod
meo nomine supplicationem decreuistis, qui
honesto 7 habitus ante me est nemini: po-
stre-

1 Proditores, Allobroges & Vulturcius. 2 indicauerunt. 3
captiui. 4 per meam. 5 vt praetor esse desineret. 6 potius.
7 Viro, qui Imperator non fuit neque triumphum egit.

M

3 ita

stremo hesterno die praemia legatis Allobrogum,
 Titoque Vulturcio dedistis amplissima, quae sunt
 omnia eiusmodi 8, ut ii 9, qui in custodiam no-
 minatim dati sunt, sine vlla dubitatione a vobis
 damnati esse videantur. Sed ego institui 10 re-
 ferre ad vos 11, P. C. tanquam integrum 12, & de
 facto 13, quid iudicetis, & de poena, quid censea-
 tis. Illa praedicam 14, quae sunt consulis. Ego
 magnum in republica versari 15 furorem, & no-
 ua 16 quaedam misceri, & concitari mala 17 iam-
 pridem videbam: sed hanc tantam tam exitio-
 sam haberi coniurationem a ciuibus, nunquam
 putavi. Nunc quidquid est, quocumque ve-
 strae mentes inclinant atque sententiae, statu-
 endum 18 vobis ante noctem est. Quantum fa-
 cinus ad nos delatum sit, videtis. Huic si pau-
 cos putatis affines esse 19, vehementer erratis.
 Latius opinione 20 disseminatum est hoc malum
 21: manauit 22 non solum per Italiam, verum
 etiam transcendit Alpes & obscure 23 serpens
 24 multas iam prouincias occupauit. Id 25
 opprimi sustentando 26, ac prolatando
 27 nul-

8 ita accipienda & intelligenda sunt. 9 coniurati. 10
 nunc volo. 11 ex vobis quaerere. 12 quoniam de vtroque
 nondum est iudicatum per sententias. 13 coniuratione. 14
 meam sententiam de facto ipso vobis exponam primum,
 tanquam Consul. 15 esse. 16 turbas. 17 seditionem. 18
 dicendum, iudicandum. 19 si putatis, paucos homines im-
 mistos esse huic coniurationi. 20 quam quidem credimus.
 21 coniuratio. 22 dispersa est. 23 clanculum, in occulto.
 24 profluens, *fortschleichende*. 25 hoc malum. 26 per-
 petiando dissimulanter.

27 CHU.

27 nullo pacto 28 potest. Quacunque ratione placet, eeleriter vobis 29 vindicandum est 30.

27 cunctando. 28 modo. 29 a vobis. 30 vlciscendum, puniendum.

CAPVT IV.

Video duas adhuc 1 esse sententias: vnam D. Silani, qui censet eos 2, qui haec 3 deleri conati sunt, morte esse multandos: alteram 4 C. Caesaris, qui mortis poenam remouet, ceterorum suppliciorum 5 omnes acerbitates amplectitur 6. Vterque & pro 7 sua dignitate, & pro rerum magnitudine in summa seueritate versatur 8. Alter 9 eos, qui non omnes, qui populum Romanum vita priuari conati sunt, qui delere imperium, qui populi Rom. nomen extinguere; punctum 10 temporis frui vita 11, & 12 hoc communi spiritu 13 non putat oportere: atque 14 hoc genus poenae saepe in improbos 15 ciues in hac republica esse usurpatum recordatur. Alter 16 intelligit, mortem a diis immortalibus non esse supplicii causa 17 constitutam, sed 18 aut necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem 19 esse. Itaque eam sapientes nunquam inuiti 20, fortes etiam saepe libenter oppetiuerunt 21: vincula

1 Haectenus, huc dum vsque. 2 coniuratos. 3 hanc urbem & totam rempublicam. 4 sententiam. 5 poenarum. 6 decernit, quibus affici debeant coniurati. 7 iuxta. 8 seueram tulit sententiam. 9 Silanus non putat oportere eos frui vita &c. 10 momentum. 11 vivere. 12 & frui. 13 aere. 14 & Silanus recordatur. 15 seditiosos. 16 Caesar. 17 ad poenam. 18 sed mortem esse abt. 19 finem. 20 contra voluntatem suam. 21 subierunt, desiderauerunt, sibi met ipsis arcessiuerunt.

M 2

22 capti

cula 22 vero, & ea sempiterna, certe ad singularem poenam, nefarii sceleris inuenta sunt. Municipiis dispertiri iubet 23. Habere videtur ista res 24 iniquitatem, si imperare velis 25: difficultatem, si 26 rogare 27: decernatur tamen 28, si placet. Ego enim suscipiam 29, & 30 vt spero, reperiam, qui id, quod salutis omnium causa statueritis, non putet esse suae dignitatis recusare 31. Adiungit 32 grauem poenam municipibus, si quis eorum vincula ruperit 33: horribiles custodias circumdat 34, & digna 35 scelere hominum perditorum sancit 36, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per senatum, aut per populum leuare possit: eripi etiam spem 37, quae sola hominem in miseris consolari solet: bona 38 praeterea publicari 39 iubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus: quam 40 si eripuisset, multas vno 41 dolore, animi ac corporis & omnes scelerum poenas admississet. Itaque vt aliqua in vita formido improbis

22 captiuitatem vero perpetuam. 23 itaque iubet Caesar, vt captiui distribuantur in varia municipia ad custodiam & carceres. 24 haec sententia. 25 si quis imperare velit municipiis, vt custodiant captiuos. 26 si id velis. 27 a municipiis non enim facile hoc impetrabimus ab ipsis. 28 quod Caesar vult. 29 in me recipiam. 30 & aliquem. 31 qui putet, honestum non esse, si velit aduersari voluntati Senatus. 32 Caesar. 33 carcerem effregerit, vt captiui possint aufugere. 34 captiuis. 35 dignam poenam. 36 constituit. 37 captiuis adimit Caesar omnem spem libertatis. 38 possessiones captiuorum. 39 publice vendi. 40 vitam. 41 per vnum & breuem quidem.

bis esset posita 42, apud inferos eiusmodi quaedam 43 illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt 44: quod 45 videlicet intelligebant, his 46 remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam.

42 vt improbi haberent aliquem timorem in sua vita. 43 tales quasdam poenas. 44 antiqui finxerunt improbos puniri in inferno. 45 quoniam. 46 si nulla forent supplicia in inferno.

CAPVT V.

NVnc P. C. ego mea video quid intersit 1. Si eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in republica viam, quae popularis 2 habetur 3, secutus est, fortasse minus erunt, hoc auctore & cognitore 4 huiusce sententiae, mihi populares 5 impetus pertimescendi: sin 6 illam 7 alteram; nescio an amplius mihi negotii contrahatur 8: sed tamen meorum periculorum rationes 9 vtilitas reipublicae vincat. Habemus enim a C. Caesare, sicut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam, tanquam obsidem 10 perpetuae in rempublicam voluntatis 11: intellectum est 12, quid intersit 13 inter leuitatem concionatorum 14, & animum

1 Video nunc, quam ego sententiam sequi debeam. 2 populo grata & iucunda. 3 putatur, existimatur. 4 dum Caesar auctor est huius sententiae. 5 populi. 6 quod si vero. 7 Silani sententiam secuti eritis. 8 comparetur, efficiatur. 9 considerationes. 10 pignus, certitudinem. 11 fauoris, amoris. 12 audiuitis. 13 quantum discrimen sit. 14 tribunorum plebis, qui seditiosas orationes ad populum saepe habebant.

mum vere popularem, salutem populi consulentem 15. Video de istis 16; qui se populares habere volunt 17, abesse non neminem 18, ne de capite 19 videlicet civium Romanorum sententiam ferat. Is & nudius tertius 20 in custodiam civis Romanos, Cerhegum & P. Lentulum, dedit, & supplicationem 21 mihi 22 decrevit, & indices 23 hesterni die maximis praemiis adfecit 24. Iam hoc nemini dubium est 25, qui reo custodiam, quaesitori 26 gratulationem 27, indici 28 praemium decrevit, quid de tota re & causa iudicavit. At vero C. Caesar, intelligit, legem Semproniam esse de civibus Romanis constitutam: qui autem reipublicae sit hostis, cum civem esse nullo modo posse, denique ipsum latorem 29 legis Semproniae iussu populi poenas reipublicae dependisse 30. Idem ipsum Lentulum largitorem & prodigum 31 non putat 32, cum 33 de pernicie populi Romani, & exitio huius urbis tam acerbè, tamque crudeliter cogitavit, appellari posse popularem. Itaque homo

15 prospicientem. 16 ex eorum numero. 17 qui volunt pro fautoribus populi existimari. 18 aliquem, nempe Metellum. 19 vita. 20 ante dies nunc tres. 21 preces & gratiarum actiones publicas. 22 meo nomine institutas. 23 proditores coniuratorum. 24 honoravit, ornavit. 25 restat, iam quilibet intelligit. 26 inquisitori. 27 supplicationem. 28 ei, qui indicium coniurationis fecit. 29 constitutorem. 30 dedisse, interfectum fuisse. 31 corruptorem populi. 32 appellari posse popularem. 33 quoniam.

34 Cae-

homo 34 mitissimus atque lenissimus 35 non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare 36: & sancit 37 in posterum 38, ne quis huius supplicio leuando se iactare 39, & in perniciē 40 populi Romani posthac popularis 41 esse possit. Adiungit etiam publicationem bonorum, vt omnes animi cruciatus & corporis, etiam egestas & mendicitas consequatur 42.

34 Caesar. 35 clementissimus. 36 tradere. 37 constituit. 38 propter futura tempora. 39 ne quis possit hoc trahere in exemplum, quod supplicium coniuratorum iam fuerit leuatum & mitigatum. 40 ad exitium. 41 populi amorem sibi conciliari. 42 vt post varios cruciatus animi & corporis tandem etiam egestas ac mendicitas sequatur.

CAPVT VI.

Quamobrem siue hoc 1 statueritis, dederitis mihi comitem 2 ad concionem 3 populo carum atque iucundum: siue Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione 4 defendetis: atque obtinebo 5, eam 6 multo leuiorem fuisse. Quamquam, P. C. quae 7 potest esse in tanti sceleris immunitate puniēda 8 crudelitas? ego enim de 9 meo sensu iudico. Nam ita mihi salua 10 republica vobiscum perfrui liceat 11, vt ego, quod 12 in hac causa vehementior sum, non 13 atrocitate

1 Quod Caesar vult. 2 socium. 3 ad conuentum populi. 4 opprobrio. 5 demonstrabo manifeste. 6 Silani sententiam. 7 crudelitas. 8 quae immanitas summam poenam meretur. 9 iuxta meum sensum. 10 quae conseruata nunc est, incolumi. 11 est iurisiurandi formula. 12 dum. 13 non ex quadam.

M 4

M 4 cru-

citate 14 animi moueor, (quis enim est me mi-
 tior?) sed 15 singulari quadam humanitate & mi-
 sericordia: Videor enim mihi 16 hanc urbem vi-
 dere, lucem 17 orbis terrarum, atque arcem 18 o-
 mnium gentium, subito vno incendio conciden-
 tem: cerno animo sepulta 19 in patria miseros
 atque insepultos acervos ciuium: vertatur mihi
 ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra
 caede bacchantis 20. Cum vero mihi proposui 21
 regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis 22 spe-
 rasse confessus est: purpuratum 23 esse hunc Ga-
 binium: cum exercitu venisse Catilinam tum
 lamentationem matrumfamilias, tum fugam
 virginum atque puerorum, ac vexationem vir-
 ginum Vestalium perhorresco. Et quia mihi
 vehementer haec videntur misera atque miseran-
 da 24, idcirco in 25 eos, qui ea 26 perficere vo-
 luerunt, me seuerum vehementemque prae-
 beo. Etenim quaero 27, si quis paterfami-
 lias liberis suis a seruo interfectis, vxore oc-
 cisa, incensa domo, supplicium de seruis non
 quam acerbissimum sumserit 28, vtrum is cle-
 mens ac misericors, an inhumanus & crudelis-
 simus

14 crudelitate, vehementia. 15 moueor. 16 fingo,
 puto, me videre, ac si viderem. 17 praecipuam urbem in
 toto orbe, quae reliquas omnes illustrat. 18 asylum, per-
 fugium. 19 in patria, quae iacet in ruinis. 20 crudeliter fu-
 rentis. 21 repraesentavi. 22 Sibyllinis. 23 ornatum pur-
 pureis vestibus. 24 quae digna sunt commiseratione. 25
 aduersus, contra. 26 tanta scelera. 27 interrogo vos. 28
 non puniret seruos.

29 cer.

simus esse videatur? mihi 29 vero importunitas
 30 ac ferreus 31, qui non dolore 32 ac cruciatu
 nocentis 33, suum dolorem cruciatumque lenie-
 rit. Sic nos in 34 his 35 hominibus, qui nos, qui
 coniuges, qui liberos nostros trucidare volue-
 runt, qui singulas vniuscuiusque nostrorum do-
 mos, & hoc vniuersum reipublicae domicilium
 36 delere conati sunt, qui id egerant 37, vt gentem
 Allobrogum in vestigiis huius vrbis 38, atque in
 cinere deflagrati imperii collocarent; si vehe-
 mentissimi fuerimus, misericordes habebimur
 39, sin 40 remissiores 41 esse voluerimus, summae
 nobis crudelitatis, in patriae ciuiumque perni-
 cie fama subeunda est 42. Nisi vero cuiquam L.
 Caesar, vir fortissimus & amantissimus reipubli-
 cae crudelior nudius tertius est visus, cum fo-
 roris suae, foeminae lectissima 43, virum prae-
 sentem & audientem vita priuandum esse 44
 dixit, cum auum iussu coff. interfectum, fi-
 liumque eius impuberem, legatum a patre
 missum 45, in carcere necatum esse dixit.
 Quorum quod simile fuit factum 46? quod ini-
 tum delendae reipubl. consilium 47? Largitionis
 volun-

29 certe, is mihi videretur. 30 crudelis. 31 barbarus ho-
 mo. 32 per dolores. 33 scelerati serui & parricidae. 34 con-
 tra. 35 coniuratis. 36 vrbem Romam. 37 meditati sunt. 38
 incensae. 39 existimabimur. 40 si vero. 41 clementes. 42 nos
 dicemur fuisse crudeles, quoniam permisimus, vt patria &
 ciues interirent. 43 optima. 44 mortem meruisse. 45 qui
 missus erat legatus a patre adhuc puer. 46 hi tamen omnes
 tantum scelus non fecerunt, quantum quidem Lentulus com-
 misit. 47 hi nullum inierunt consilium de reipublicae exitio.

voluntas tum 48 in republica versatus est, & partium quaedam contentio 49. Atque illo tempore huius auus Lentuli, clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus: ille 50 etiam graue tum vulnus accepit, ne 51 quid de summa dignitate reipublicae minueretur: hic 52 ad euertenda fundamenta reipublicae Gallos 53 accersit 54, seruitia 55 concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos 56 Cethego, ceteros ciues interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam, diripiendamque Catilinae. Vereamini, censeo 57, ne in hoc scelere tam immani ac nefario, nimis aliquid feruere statuisse 58 videamini? cum multo magis sit verendum, ne 59 remissione 60 poenae crudeles in patriam, quam ne 61 securitate animaduersionis 62 nimis vehementer in acerbissimos hostes fuisse videamini.

48 illo tempore. 49 solummodo ideo puniebatur, quoniam voluerat corrumpere populum suis largitionibus, & cum aliis ob eam rem gerebat inimicitias. 50 auus Lentuli. 51 cum id ageret, ne aliquid. 52 Lentulus, eius nepos. 53 Allobroges. 54 sollicitauit, excitauit ad seditionem. 55 seruos. 56 ut trucidarentur a Cethego. 57 credo. 58 nimis feruere aut crudelem sententiam tulisse. 59 videamur. 60 imminutione, mitigatione. 61 videamur. 62 poenae.

CAPVT VII.

Sed quae ex audio 1, P. C. dissimulare 2 non possum. Iactantur 3 enim voce 4, quae perueniunt ad

1 Ea quae iam audio. 2 tacere. 3 circumferuntur, audiuntur. 4 sermones.

5 per.

ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, vt habeam satis praesidii ad ea, quae vos statueritis hodierno die, transigunda 5. Omnia & prouisa 6 & parata, & constituta sunt, P. C. cum mea 7 summa cura atque diligentia, tum multo etiam maiore 8 populi Romani ad 9 summum imperium retinendum, & ad communes fortunas conseruandas, voluntate 10. Omnes adsunt omnium ordinum 11 homines, omnium denique aetatum 12: plenum est forum, pleni omnes aditus 13 huius loci ac templi. Causa enim est, post urbem conditam, haec inuenta 14 sola, in qua omnes sentiunt vnum atque idem, praeter eos 15, qui, cum sibi viderent esse pereundum 16, cum omnibus potius, quam soli perire voluerunt. Hosce ego homines excipio, & secerno 17 libenter. Neque enim in improborum ciuium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri vero, dii immortales, qua frequentia 18, quo studio 19, qua virtute ad 20 communem dignitatem salutemque consentiunt? Quid ego hic 21 equites Romanos commemorem? qui vobis ita summam 22 ordinis consiliique concedunt, vt vobis cum de amore reipublicae

5 perficienda. 6 prospecta, procurata. 7 per meam. 8 voluntate. 9 vt retineatur & conseruetur. 10 propensione, cura. 11 statuum atque conditionum. 12 senes, pueri iuuenesque. 13 viae ad hoc forum & templum. 14 fuit, exstitit. 15 coniuratos. 16 cum illi viderent, sibi paratam esse poenam. 17 distinguo a bonis ciuibus. 18 in quanto numero. 19 fauore, cupiditate. 20 ad conseruandam. 21 iam. 22 supremam curam vobis.

M 6

23 vt

blicae certent 23: quos ex 24 multorum annorum
 diffensione ad huius ordinis 25 societatem, con-
 cordiamque reuocatus hodiernus dies 26 vobis-
 cum, atque haec causa coniungit. Quam coniun-
 ctionem 27 si 28 in consulatu confirmatam 29
 meo, perpetuam in republica tenuerimus, con-
 firmo 30 vobis nullum posthac malum 31 ciuile ac
 domesticum ad vllam reipublicae partem esse
 venturum. Pari studio 32 defendendae 33 reipu-
 blicae conuenisse video tribunos aerarios 34, for-
 tissimos viros, scribas item vniuersos: quos cum
 casu hic dies ad aerarium frequentasset 35, video
 ab expectatione fortis ad communem salutem
 esse conuersos 36. Omnis ingenuorum 37 adest
 multitudo, etiam tenuissimorum 38. Quis est
 enim, cui non haec templa, adspectus vrbis, pos-
 sessio libertatis, lux 39 denique haec ipsa, & hoc
 commune patriae solum 40, cum 41 sit carum,
 tum 42 vero dulce atque iucundum?

23 vt videri velint adhuc magis amare rempublicam,
 quam quidem vos facitis. 24 post. 25 Senatorii. 26 atque
 haec causa coniurationis detectae & puniendae. 27 Equi-
 tum & Senatus. 28 si tenuerimus & conseruauerimus. 29
 postquam redintegrata & confirmata fuit. 30 affirmo. 31
 calamitatem, bellum. 32 cupiditate. 33 ad defendendam
 rep. 34 qui curam aerarii militaris habebant, *Krieges-
 Zahl-Meister Kriegs-Cassirer*. 35 qui scribae cum fortuito
 casu hoc die in magno numero aduenissent. 36 video, eos
 non tam expectare sortem provinciae suae, quam expecta-
 bant, sed potius eos omnem curam impendere & conuerte-
 re ad salutem communem. 37 liberorum hominum. 38
 pauperrimorum, vilissimorum. 39 vita. 40 terra, haec pa-
 tria. 41 non solum. 42 sed etiam.

CAP.

CAPVT VIII.

OPerae pretium est 1 P. C. libertinorum 2 hominum studia 3 cognoscere, qui sua 4 virtute fortunam ciuitatis consecuti 5, hanc vere 6 suam patriam esse iudicant: quam 7 quidam 8 hinc 9 nati, & summo nati loco 10, non patriam suam, sed urbem hostium esse iudicauerunt. Sed quid ego hosce homines ordinesque 11 commemorem, quos priuatae fortunae 12, quos communis respublica, quos denique libertas ea, quae dulcissima est, ad salutem patriae defendendam excitauit? seruus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit seruitutis 13, qui non audaciam ciuium 14 perhorrescat, qui non haec 15 stare 16 cupiat, qui non tantum, quantum audet, & 17 quantum 18 potest, conferat 19 ad communem salutem, voluntatis. Quare si quem vestrum forte commouet hoc, quod auditum est 20, lenonem quendam Lentuli concurrere 21 circum tabernas 22, pretio sperare 23 sollicitari posse animos egentium atque

1 Meretur, dignum est. *es verlohnet sich der Mühe.* 2 qui ex seruis facti sunt liberi. 3 voluntatem. 4 per suam. 5 impetrarunt. 6 omnino, reapse. 7 urbem & patriam. 8 coniurati. 9 Romae. 10 genere. 11 libertinos. 12 possessiones, bona. 13 cuius seruitus tantum tolerabilis est. 14 coniuratorum. 15 hanc urbem & rempublicam. 16 saluam esse. 17 & qui non. 18 voluntatis, quantam voluntatem & curam potest. 19 impendat. 20 fama refert. 21 discurrere. 22 opificum. 23 qui dicitur spem habere, quod animi pauperum excitari possint ad seditionem, per promissionem donorum & pecuniae.

M 7

24 ta.

que imperitorum : est id 24 quidem coeptum atque tentatum, sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri 25, aut voluntate perditum 26, qui non 27 ipsum illum 28 sellae, atque operis 29, & quaestus quotidiani locum, qui non cubile ac lectulam suam, qui denique non cursum hunc otiosum vitae suae saluum esse velint 30. Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis 31 sunt, immo vero (id enim potius est dicendum) genus 32 hoc vniuersum amantissimum est otii. Etenim omne eorum instrumentum, omnis opera, ac quaestus, frequentia 33; ciuium sustinetur, alitur otio 34 : quorum si quaestus, occlusis 35 tabernis, minui solet, quid tandem incensis futurum est 36? Quae cum ita sint, P. C. vobis populi Romani praesidia 37 non desint; vos, ne populo Romano deesse 38 videamini, prouidete.

24 talis excitatio. 25 tam infelices. 26 aut tam amentes. 27 qui non velint saluum esse. 28 locum sellae. 29 in qua sella quaerunt victum quotidianum per officia & laborem manuum. 30 qui non velint potius agere vitam tranquillam, quam excitare tumultum. 31 mercatoris, aut cauponis. 32 hominum. 33 per frequentiam & multitudinem. 34 per otium & tranquillitatem reipublicae. 35 si clausae sint tabernae. 36 quid facient illi tandem, si tabernae sint incensae, quod fieri posset in tumultu & coniuratione Catilinae. 37 auxilia. 38 ne videamini, quasi nolitis populum conseruare.

CAPVT IX.

Habetis consulem ex plurimis periculis & insidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam,

suam, sed ad salutem vestram, reseruatum 1: omnes ordines 2 ad conseruandam rempublicam mente, voluntate, studio, virtute, voce consentiunt: obfessa 3 facibus & telis impiae coniurationis, vobis supplex manus tendit 4 patria communis 5: vobis se 6, vobis vitam omnium ciuium, vobis arcem & Capitolium, vobis aras penatium 7, vobis illum ignem Vestae perpetuum ac sempiternum, vobis omnia templa deorum atque delubra, vobis muros atque vrbs tecta commendat. Praeterea de vestra vita, de coniugum vestrarum, ac liberorum anima 8, de fortunis 9 omnium, de sedibus 10, de focis 11 vestris, hodierno die vobis iudicandum est. Habetis ducem 12 memorem 13 vestri, oblitum sui 14: quae non semper facultas 15 datur: habetis omnes ordines, omnes homines, vniuersum populum Romanum (id quod in ciuili causa hodierno die primum 16 videmus) vnum atque idem sentientem 17. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium 18, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque 19 fortunas vna nox 20 pene de-

1 Qui conseruatus est. 2 equites, Senatus ac populus. 3 patria, quae circumdata est a facibus. 4 vos orat extensis manibus. 5 vniuersa. 6 patria se commendat vobis. 7 deorum domesticorum. 8 vita. 9 possessionibus. 10 domibus. 11 domibus, priuatis commodis. 12 Consulem. 13 qui sollicitus est vniue de vestra salute. 14 & qui obliuiscitur suae salutis. 15 occasio. 16 prima vice. 17 consentientem, concordem. 18 Romanum. 19 cumulas, multas. 20 in qua exequi volebant coniurati sua consilia.

delerit 21. Id ne vnquam posthac non modo confici 22, sed ne cogitari quidem possit a ciuibus, hodierno die prouidendum est 23. Atque haec 24, non vt vos, qui mihi studio 25 pene praecurritis, excitarem, locutus sum: sed vt mea vox, quae debet esse in republica princeps, officio functa consulari videretur 26.

21 deleuisset. 22 effici. 23 prospiciendum, curandum, 24 locutus sum. 25 in cupiditate. 26 vt videar ea dixisse, quae dicere debui primus omnium tanquam Consul.

CAPVT X.

NVnc antequam ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus 1 est coniuratorum, quam video esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse 2 video: sed eam 3 esse iudico turpem & infirmam & contemtam & abiectam 4. Quod si 5 aliquando alicuius furore 6 & scelere concitata manus 7 ista plus valuerit 8, quam vestra ac reipublicae dignitas; me tamen meorum factorum atque consiliorum nunquam P. C. poenitebit. Etenim mors, quam illi mihi fortasse minitantur, omnibus 9 est parata: vitae tantam laudem, quanta 10 vos me vestris decretis 11 honestastis, nemo est adsecutus, Ceteris 12 enim semper bene gestae

1 Numerus, exercitus. 2 excitasse in me ipsum. 3 hanc hostium meorum multitudinem. 4 miseram, humilem, contemnendam. 5 atque etsi etiam. 6 per furorem. 7 exercitus iste coniuratorum. 8 fortior facta fuerit. 9 hominibus, nullo excepto. 10 laude. 11 per decreta. 12 Imperatoribus.

13 de-

stae 13, mihi vni 14 conseruatae reipubl. gratulationem decreuistis. Sit 15 Scipio clarus ille, cuius consilio atque virtute Annibal in Africam redire 16, atque ex Italia decedere coactus est: ornatur alter 17 eximia laude Africanus, qui duas vrbes huic imperio infestissimas 18 Carthaginem Numantiamque deleuit: habeatur 19 vir egregius L. Paulus ille 20, cuius currum rex potentissimus quondam & nobilissimus, Perses honestauit 21: sit in aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione, & metu seruitutis liberauit: anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestae atque virtutes iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur 22: erit profecto inter horum laudes aliquid loci 23 nostrae gloriae, nisi forte maius est, patefacere nobis prouincias, quo exire possimus, quam curare, vt etiam illi 24, qui absunt, habeant, quo victores reuertantur 25. Quamquam

13 decreuistis gratulationem & supplicationem ob rem bene ac fortiter in bello gestam. 14 soli. 15 magnum nomen habeat. 16 reuerti. 17 Scipio. 18 inimicissimas. 19 existimetur. 20 L. Aemilius Paullus Macedonicus. 21 qui a Paulo in triumpho ductus est. 22 per totum orbem terrarum felicia bella gessit Pompeius. 23 exiguus aliquis locus. 24 Romani Imperatores. 25 id est: nisi quis forte putet, quod id, dum patefaciuntur nobis prouinciae, ad quas ex vrbe possimus fugere vel proficisci, propter victorias Imperatorum nostrorum, maius factum sit, quam id, dum alii curant, vt illi Imperatores & Victores nostri, qui iam in bellis externis absunt ex vrbe, possint tuto ad eandem reuerti cum victoria. Id quod ego quidem iam praestiti, dum urbem ab interitu conseruaui.

quam est vno loco 26 conditio melior externae
victoriae, quam domesticae 27: quod 28 hostes
alienigenae 29 aut oppressi seruiunt, aut recepti,
beneficio se obligatos putant: qui autem ex nu-
mero ciuium dementia aliqua 30 deprauati, ho-
stes patriae semel esse coeperunt, eos 31, cum 32
a pernicie reipublicae repuleris, nec vi coercere,
nec beneficio placare possis. Quare mihi cum
perditis 33 ciuibus aeternum bellum susceptum
34 esse video: quod ego 35 vestro 36, bonorum-
que omnium auxilio, memoriaque tantorum pe-
riculorum, quae non modo in hoc populo, qui
seruatus est, sed etiam in omnium gentium ser-
monibus ac mentibus semper haerebit 37, a me at-
que a meis facile propulsari posse confido. Neque
vlla profecto tanta vis reperietur, quae coniun-
ctionem vestram equitumque Romanorum &
tantam conspirationem 38 bonorum omnium
perfringere 39 & labefactare possit.

26 ob vnā causam. 27 ciuilis. 28 quoniam, dum. 29
externi. 30 per aliquem, ex aliqua. 31 non possis. 32 quan-
do eos. 33 sceleratis. 34 gerendum. 35 quod bellum ego
confido propulsari posse. 36 per vestrum. 37 durabit, per-
manebit. 38 consensum, concordiam. 39 euertere.

CAPVT XI.

QVae cum ita sint, patres conscripti, pro 1 in-
terio, pro exercitu, pro prouincia, quam ne-
glexi 2, pro triumpho, ceterisque laudis insignibus 3,
quae

1 Loco imperij, Commando. 2 nolui accipere. 3 or-
namentis.

4 non

quae sunt a me propter urbis vestraeque salutis
 custodiam repudiata 4, pro clientelis 5, hospitii-
 que prouincialibus 6, quae tamen urbanis opibus
 7, non minore labore tueor 8, quam 9 comparo:
 pro his igitur omnibus rebus, & pro meis in vos
 singularibus studiis 10, proque hac, quam con-
 spicitis, ad conseruandam rempublicam diligen-
 tia, nihil aliud a vobis, nisi huius temporis to-
 tiusque mei consulatus memoriam postulo: quae
 si dum erit vestris mentibus infixae, firmissimo
 me mure septum 12 esse arbitrabor. Quod si meam
 spem vis improborum fefellerit atque superaue-
 rit 13, commendo vobis paruum meum filium:
 cui profecto satis erit praesidii 14, non solum ad
 salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius 15,
 qui haec omnia suo solus periculo conserua-
 uerit, illum esse filium memineritis. Quapro-
 pter de summa salute vestra populique Roma-
 ni, P. C. de vestris coniugibus ac liberis, de
 aris ac focus 16, de fanis ac templis, de to-
 tius urbis tectis ac sedibus, de imperio, de li-
 bertate, de salute Italiae, deque vniuersa re-
 publi-

4 non accepta. 5 pro illis, qui me Patronum elegerunt.
 6 quae in Sicilia & aliis prouinciis habeo. 7 per potentiam,
 quam in vrbe Roma habeo. 8 defendo atque conseruo. 9
 quam ego eadem. 10 amore & beneuolentia. 11 memo-
 ria & grata recordatio. 12 munitum, circumdatum, secu-
 rum. 13 quod si ego forte interficiar ab improbis. 14 qui
 magnum habebit praesidium in vobis, 15 Consul Cicero-
 nis. 16 domibus.

17 in-

publica decernite 17 diligenter, vt instituisſis 18, ac fortiter. Habetis eum conſulem, qui & parere 19 veſtris decretis non dubitet 20, & ea, quae ſtatuertis, quoad 21 viuet, defendere, & per ſe ipſum praefſtare 22 poſſit.

17 iudicare, ſententiam ferre. 18 coepiſtis. 19 obedire, 20 omnino velit. 21 quamdiu. 22 efficere.

SENTENTIAE.

NEquae enim turpis mors forti viro poteſt acci- dere, nec immatura conſulari, nec miſera ſa- pienti.

Mortem ſapientes nunquam inuiti, fortes etiam ſaepe libenter adiuerunt.

Periculorum noſtrorum rationes utilitas reipublicae vincere debet.

Hoc nemini dubium eſt, qui rei cuſtodiam, quaefſtori gratulationem, iudici praemium decreuit, quid de tota re & cauſa iudicauit.

Reos maiſtatis cum omnes animi & corporis cruciatus, cum & egeſtas ac mendicitas conſequuntur.

*Importunus ac ferreus videtur, qui non ſuum dolorem, cruciatumque dolore & cruciatu nocentis lenierit. Sic nos in hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos noſtros trucidare voluerunt, qui ſingulas vniuſcuſq; noſtrum domos, & vniuerſum reip. domicilium delere conati ſunt: qui id egerunt, vt inimicos in veſtigiis urbium noſtrarum, atque in cinere deflagrati imperii collocarent, ſi vehementiſſi-
mi*

mi fuerimus, misericordes habebimur: sin remissiores esse voluerimus, summae nobis crudelitatis in patria civiumque pernicie fama subeunda est.

Multo magis est verendum, ne remissione poenae (in reos laesae maiestatis) crudeles in patriam, quam ne seueritate animaduersionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur.

Non maius est patefacere nobis prouincias, quo exire possimus, quam curare, vt etiam illi, qui absunt, habeant, quo victores reuertantur.

Qui ex numero civium dementia aliqua deprauati, hostes patriae semel esse coeperunt, eos cum a pernicie reipublicae repuleris, nec vi coercere, nec beneficio placare possis.

ORATIO X.

quæ est

AD QUIRITES POST
REDITVM.

Argumentum Orationis ad Quirites post
Redicum.

C*um Cicero testimonium tulisset contra Clodium, pollutorum sacrorum reum, ita illum in se exacerbauit, vt non quiesceret tribunus plebis factus, nisi Cicero in exilium eiecto: hanc speciosam causam apud populum Romanum praetexens iniquitati suae, quod Cives Romanos (coniurationis Catilinae principes) indamnatos*